

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Bellum g  
cum fontibus proximo et primo

Apud ueros Dei cultores eciam  
ipsi bella patrati sunt  
que non cupiditate aut crudelitate  
sed pacis studio geruntur  
ut mali coerceantur et boni subleuentur.

Augustinus in libro de uerbis Domini et  
est XXIII. questione I.: Quid.

Unde Augustinus,  
in libro *de verbis Domini*,  
apud veros Dei cultores etiam  
illa bella pacata sunt  
quae non cupiditate aut crudelitate,  
sed pacis studio geruntur,  
ut mali coerceantur et boni subleuentur.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae*,  
*Secunda secundae*, 40.1 (P. Caramello  
ed., vol.2, p.207).

*Item eiusdem* (Augustinus)  
*de diuersis ecclesiae obseruationibus.*  
Apud ueros Dei cultores etiam  
ipsa bella pacata sunt,  
que non cupiditate aut crudelitate,  
sed pacis studio geruntur,  
ut mali coerceantur, et boni subleuentur.

Gratianus, *Decretum*, 2.23.1.6 (*Corpus  
iuris canonici* 1, A. Friedberg ed.,  
col.893).